

42

LIBER

lia. Menapios VII. millia. Calecos X. millia. Verocasses,
 & Veromandos totidem, Catuacos XXIX. millia. Con-
 drusos, Eburones, Ceraeos, Pæmanos, qui unò nomine
 40 Germani appellantur, arbitrari ad quadraginta millia.
 5. Caesar Rhemos cohortatus, liberaliterq; oratione profe-
 cutus, omnem Senatum ad se conuenire, principumq; li-
 beros obsides ad se adduci iussit: quæ omnia ab his dili-
 genter ad diem facta sunt. Ipse Diuitiacum Heduum ma-
 gnopere cohortatus, docet quantopere Reipub. commu-
 nisq; salutis intersit, manus hostiũ distineri, ne cum tanta
 multitudine unò tempore confligendum sit. Id fieri
 posse, si suas copias Hedui in fines Bellouacorum intro-
 duxerint, & eorum agros populari cœperint. His man-
 datis eum ab se dimittit. Postquam omnes Belgarum co-
 pias in unum locum coactas ad se venire uidit, neq; iam
 longè abesse, ab his, quos miserat, exploratoribus, & ab
 Axona fl. Rhemis cognouit, flumen Axonam, quod est in extremis
 Rhemorum finibus, exercitum traducere maturauit,
 atq; ibi castra posuit. ^{ea} ^{erant} Mæres, & latus unum castrorum
 ripis fluminis muniēbat, & post eum quæ essent, tuta ab
 hostibus reddebat: & comœatus ab Rhemis, reliquisq;
 ciuitatibus, ut sine periculò ad eum portari posset, effi-
 ciebat. In eo flumine pons erat. Ibi præsidium ponit, &
 Q. Titu- in alterâ parte fluminis Q. Titurium Sabinum lega-
 rius. tum cum sex cohortibus reliquit. Castra in altitudinem
 pedum duodecim uallò, fossaq; duo deingenti pedum
 Bibrax opp. munire iubet. Ab ipsis castris oppidum Rhemorum no-
 mine Bibrax aberat millia passuum octo. Id ex itinere
 magno

Diuitia-
cus He-
duus.

Axona fl.

Q. Titu-
rius.

Bibrax
opp.